UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

Caput X. Moniales unoquoque mense confiteantur, & communicent: de Confessario extraordinario iis ab Episcopo provideatur: apud illas extra publicam Ecclesiam Eucharistia non conservetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67192

Visual Library

tur Secretioris Senatus edictum die vigeſima ſexta Auguſti Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio. Sæcul. XVI. A. C. 1563.

§. LX.

De Monialium Confeſſariis.

CAPUT X.

Moniales unoquoque menſe confiteantur, & communicent: de Confeſſario extraordinario iis ab Epiſcopo provideatur: apud illas extra publicam Eccleſiam Euchariſtia non conſervetur.

„Attendant diligenter Epiſcopi, & ceteri Superiores monaſteriorum „Sanctimonialium, ut in conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus „confeſſionem peccatorum faciant, & „Sacroſanctam Euchariſtiam ſucipiant, „ut eo ſe ſalutari præſidio muniant ad „omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas: præter ordinarium „autem Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, „qui omnium confeſſiones audire debeat. Quod vero Sanctiſſimum Chriſti „Corpus intra Chorum, vel ſepta Monaſterii, & non in publica Eccleſia „conſervetur, prohibet ſancta Synodus,

Sæcul. XVI.
A. C 1563.

„non obſtante quocunque indulto, aut „privilegio.

§. LXI.

De Parochis Religioſis.

CAPUT XI.

In Monaſteriis, quibus imminet cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum familia, viſitet Epiſcopus, & eidem curæ præficiendas examinet, certis exceptis.

„In monaſteriis, ſeu domibus virorum, „ſeu mulierum, quibus imminet „animarum cura perſonarum ſæcula„rium, præter eas, quæ ſunt de illo„rum monaſteriorum, ſeu locorum fa„milia, perſonæ tam regulares, quam „ſæculares hujusmodi curam exercen„tes ſubſint immediate in iis, quæ ad „dictam curam, & Sacramentorum ad„miniſtrationem pertinent, jurisdictioni, „viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in „cujus Diæceſi ſunt ſita. Nec ibi ali„qui, etiam ad nutum amovibiles, de„putentur, niſi de ejusdem conſenſu, „ac prævio examine, per eum, aut „ejus Vicarium faciendo, excepto mo„naſterio Cluniacenſi cum ſuis limiti„bus, & exceptis etiam iis monaſteriis, „ſeu locis, in quibus Abbates gene„rales, aut capita Ordinum, ſedem or„dina-